

DE SACRA
EPISCOPORVM
AVCTORITATE.

SEV

Ad Tit. de Off. Iud. Ord. lib. 1. Decretal.

COMMENTARIVS.

AVCTORE

IOANNE FILESACO
Theologo Parisiensi.



*provia del
don D. Andres Sa
de maniego*



PARISIIS,

Apud BARTHOLOMAEVM MACAEVM
in monte D. Hilarij, sub scuto
Britanniae.

M. D. CVI.

CVM PRIVILEGIO.

Ex biblioteca D. Naifoni Santos de San Pedro Ovet. Colleg.



ILLVSTRISSIMO S. R. E.
CARDINALI PETRO
GONDIO,

Ioannes Filefacus T. P. do dedico.

SOLVO tandem quod debeo,
ILLVSTRISSIME CAR-
DINALIS; *At, inquires, seriùs*
id quidem quàm aut meæ ergà te beneuo-
lentiæ dignitas, aut beneficij à me accepti
magnitudo postulabat. Fateor, PATRO-
NE HVMANISSIME; Sed si, vt apud Se-
necam patrem pronunciat Papyrius Fa-
bianus, non respondet ad propositum nec
ad certum diem fecunditas, quid tu de ste-
rilitate iudicabis? Deinde, aiebat alter,
non quisquis non reddidit beneficium in-
grati tenetur, animus aestimandus est non
reddentis. Ego plane homo non sim, si vn-
quam mens mea cum ista recordatione di-



DE SACRA EPISCOPO-
RVM AVCTORITATE.

S E V

Ad Tit. De offic. Iud. Ordinar. lib. i.
Decretal. Commentarius.

*Auctore IOANNE FILESACO,
Theologo Parisiensi.*

CAPVT PRIMVM.

§. I.

SYNODVS à Ioanne 8. huius
nominis P. R. habita est Tre-
cis seu Trecaſſibus in Gallia,
cui ipſe Pontifex interfuit, &
eo anno Ludouicum Balbum
3. Imperatorem in ea vrbe inunxit, anno C.
878. Hanc eſſe Synodum de qua huius Ti-
tuli primum caput deſumptum eſt mihi
facile perſuadeo, cuius ſumma eſt.

Episcopos in ſua quaque Diœceſi pro ſui

A